

pulis pugis bonum imposuit sex solidos. Secus longè contingit, si Princeps  
 ad clavum Reipubl. gubernaturus sedeat. Nam quemadmodum Sol  
 orbis lumen, lucidissimum coeli decus, et purissimè mundi c-  
 omnia, quae illustrat, etiam calefacit, quaeq; calefacit, etiam modera-  
 ta bonus Princeps tanquam verus Populi rector eos, quos aspicit,  
 ac clementia sua impertit, placideq; ipsos gubernat. Et quidni suos  
 fovet, proq; innata indulgentia sua placidè Reipubl. moderare.  
 Novit enim clementiam, quam imperiorum Lunam vocat Lipsius,  
 et mollem illam Divam esse, quae leniat; quae temperet; quae noxios e-  
 qua lapsos erigat, eosq; qui se perdunt servatum eat. Novit et,  
 homini omnium virtutum convenientissimam esse, quia humanissima.  
 ac illam tamen ex omnibus magis quàm Regem aut Principem decet.  
 Namq; apud illos, quod servet, habet, majoreq; in materia apparet.  
 quod et omnia conciliat, quae Sceptro digna, amorem praepriis, q; q;  
 amore, securitatem. Exempla in hanc rem desideratis, Auditores.  
 Titum Vespasianum videte. is quippe tam studiosè clementiam sectabatur,  
 et publico Gentium Consensu amor ac delitium Humani generis vocare-  
 ur. Videte optimum Romanorum Principem Trajanum. Tanta quippe  
 concordia tantusq; concertus omnium laudum omnisq; gloria huic contige-  
 nt. ut nihil bilantati Severitate ejus, nihil simplicitati gravitate, nihil hu-  
 manitati majestate detraberetur. Videte Henricum IV. omnibus Antecessori-  
 bus suis majorem, et inter. LXXXI. Galliarum Reges maximum: in hoc  
 quippe Principe, quum virtus et fortuna certarent, utra vinceret, utraq;  
 vicit, aut potius ipse utramq; tam fortiter vicit, ut publica tranquilli-  
 tatis propugnator, perturbati Reipubl. Status reddibitor, Ecclesiae or-  
 namentum, Christianorum arbiter Orbisq; delitium crederetur.  
 Sed agite rudera nunc ac fragmenta veterum adeamus: ut ut Poeta-  
 rum, ita et Philosophorum ac Oratorum manes excitemus, sciscita-  
 ni ex illis, an Suffragii quicquam habeant, quo confirmet id, quod  
 post olim praecipit Leo. Habent, habent omnino illi multum Suffragii.  
 Num tamen atq; alterum Sufficere testimonium pato. Sic namq; Sym-  
 acus in Epistolis eloquens, in relatione vehementer scriptor: interest fere-  
 rorum temporum gloria, ut sicuti omnibus in hac vita positus ac  
 caris communis est coeli spiritus, lux diei: ita clementiam maximi